

principalis sit falsa: probatur: et pono: quod illa disiunctiva. de us non est: vel homo est asinus: conuertatur cum una pro positione vera: eius partibus significatib⁹ vt prius. hoc ē est possibile: quia disiunctiva nō est sive cathegorice: sed ille una cum actu coniungendi. Isto posito patet: quod illa disiunctiva est vera: quia conuertitur cum una ppositione vera et tamē quelibet eius principalis pars est impossibilis: quod significat adequate falsus. Ex ista cōclusione sequitur correlarie primo. quod aliqua est disiunctiva affirmativa falsa: et tamē quelibet eius pars principalis est vera: patet. posito quod ista tu es homo: vel tu es animal: conuertatur cum una ppositione falsa. cathegoricis solūmodo significantib⁹ vt prius. Secundo sequit⁹ quod a parte disiunctive ad totā disiunctinā significatē aliter quod sive partes nō valet consequentia: quia non sequit⁹ in casu isto: tu es homo. igitur tu es homo: vel tu es animal. Tertia cōclusio est ista. Aliqua est disiunctiva falsa affirmativa: significat⁹ precise iuxta compositionē suorum terminorum: et tamē eius quelibet pars principalis est vā: p̄z de ista: necessario tu es hō vel tu es animal. supposito quod modus determinet totū sequēs. quod enim eius quelibet pars principalis est vera: manifestū est: et quod ipsa sit falsa: patet. quod potest esse quod tu nō sis homo: nec animal. Ex ista conclōne sequit⁹ correlarie primo. quod aliqua est disiunctiva facta ex contradictionib⁹ que est affirmativa: et significat⁹ precisely iuxta compositionē suarū partium: que non est vera nec necessaria; imo falsa et impossibilis: patet de ista: cōtingēter tu es: vel tu non es. dato vt prius: quod modus determinet totū: nec potest dici quod sit alia propositio quod disiunctiva: ex quo in ea coniūgunt⁹ plures cathegorice per notā disiunctionis. Secundo seq̄t̄. quod a parte principali disiunctive affirmativa: significantis precisely iuxta cōpositionē suarū partiu⁹: ad ipsas disiunctivaz cathegorice pbabilem: nō valet cōsequētia: quia nulla illarū consequētiarū valet. tu es homo. igit̄ necessario tu es hō vel tu es animal. tu es: igit̄ cōtingēter tu es: vel tu nō es. Quarta cōclusio est ista. A parte principali vel cōuertibili cū eadez disiunctive affirmativa cathegorice pbabilis: ad ipsas disiunctivaz significantez precisely iuxta cōpositio nem suarum partiū est bonū argumentū: vt tu es homo. igit̄ tu es hō: vel tu es asin⁹. p̄o dixi aparte principalis: quod apte nō p̄ncipali disiunctive ad ipsā disiunctinā cū ceteris registis: non valet argumentū: quia non sequit⁹: omnes homines sunt asini v̄l hoīes. igit̄ omnes hoīes sunt asini v̄l homines: et asini sunt asini: antecedēs enim est verū: et cōsequēs falsum. dato quod sit disiunctiva. nec sequit⁹: asini sunt asini. igit̄ omnes hoīes sunt asini: vel hoīes et asini sunt asini. et hoc ideo: quod nunquā in antecedēte sumit⁹ pars principalis disiunctive. sed pars secundaria nō terminata ad notā disiunctionis. Secundo dixi: vel cōuertibili: quia et si nulla pars disiunctive est illius illatiū ppter impossibilitatē antecedētis et cōsequētis. tamē una secū cōuertibilis est eiusdem disiunctine illatiū. Tertio dixi affirmativa: ppter primā cōclusionē: que ostendit in negatiū regulam non tenere. Quarto dixi cathegorice pbabilis. ppter tertia cōclusiōnem: que asserit in modalib⁹ compositis regulā nō tene re. Quinto dixi: significantez precisely iuxta compositionē suarū partiū: ppter secundā conclusionē. Ex ista cōclusionē sequit⁹ correlarie primo. quod ista cōsequētia nō valet: quelibet pars principalis. a. disiunctiva est vera. igit̄ a. disiunctiva est vera: patet de disiunctiva negativa: aut affirmativa modali vel nō modali significante: nō vt sive partes. Secundo sequitur. quod nec negatio: nec modus: nec disiunctio est pars principalis disiunctive: p̄z: quia nullum illorū est illatiū alicuius disiunctive: sola enim ppositione est pars principalis alicui⁹ hypothetice: quod sola talis ē illatiū ppositionis hypothetice: seu inferibilis ab eadem.

Istis presuppositis refidetur ad rōnē: q̄rēdo de cōsequētē cōsequētia facte. virū sit disiunctiva vel cathegorica de disiunctio extremo. si disiunctiva: cōsequētia est bona: et cōsequēs est ita verū sicut et antecedēs. conuertit enīz cū ista vera: homo est asin⁹. vel ista p̄pō deus ē: nō est disiunctiva: deinde nego illā. s. ista p̄positio est disiunctiva: deus est: vel homo ē asin⁹: sumēdo vniiformiter: nec contradicit priori p̄nti: et nego illā cōsequētia: in hac ppositione: deus ē: vel homo est asinus: coniūgunt⁹ due cathegorica per notā disiunctiōis: igit̄ ista p̄positio est disiunctiva: deus est: vel hō est asinus: tamē bene valeret cōsequētia: si consequens foret cathegorica de predicato disiunctio. si autē in p̄ncipio dicit⁹: quod consequēs principalis cōsequētia est cathegorica de predicato disiunctio: cōcedo aīs: et nego cōsequētia. Et non arguitur per regulā. quare tē.

Cōpitulum de disiunctiva et copulativa.



**Eladragesimo** sexto p̄ncipali ter ad questio nez arguit⁹ sic. ista cōsequētia est bona. Tu es homo: vel homo est asinus: et tu non es homo: igit̄ homo est asinus. et hec eadez nō valet. igit̄ questio vera. tenet cōsequētia cū prima parte antecedētis: quod arguitur a disiunctiva cū destructione vnius partis ad alterā partē. et probō secudā partē aītis. aīs est verū: et cōsequēs falsum. igit̄ cōsequētia nō valet: quod cōsequēs sit falsum manifestū est. sed p̄bo aīs esse verū. quod aīs est vna disiunctia cuius p̄ma pars principalis est vera. illa. s. tu es homo: et illa est disiunctiva affirmativa hypothetice pbabilis significat⁹ solūmodo iuxta cōpositionē suarū partiū. igit̄ aīs ē rerum: quod fuit probandum.

**Pro solutione** huius argumenti pono quatuor p̄clones: quarum prima est ista. Quelibet p̄pō hypothetica habēs plures notas p̄iūctinas: a quolibet illarū p̄t denoiari: nisi icōgruitas ipediret: p̄z de ista. tu es: vel homo ē asin⁹: et tu nō es: que p̄t indifferenter ē copulativa v̄l disiunctiva. Notāter dixi nisi icōgruitas ipediret: quod ista: aliquā aīal ē: et si tu es illud: tu es asin⁹: nō p̄t alī quod copulativa denoiari. et illa. aliquā aīal ē: vel si tu es illud: tu nō es asin⁹: nō p̄t ēē nisi disiunctia. Ex ista p̄clusionē sequit⁹ correlarie primo. quod aliique sūt hypothetice quod nō īūicē uertunt̄ imo vna est vera: et alia falsa: et tamē quolibet pars vni⁹ uertit̄ cū aliqua parte alteri⁹: et eī. p̄z de istis: oīes hoīes sunt asini: vel hoīes et asini sunt asini: et oīes homines sunt asini. vel hoīes et asini sunt asini: ponēdo quod vna sit copulativa: et altera disiunctiva: quo posito: copulativa ē vera: et disiunctiva est falsa. id est dico de istis duabus: tu es vel homo est asin⁹: et tu nō es. et tu es vel homo est asinus: et tu non es: ponendo quod vna sit copulativa: et altera disiunctiva: quo posito: patet copulativam esse falsaz: et disiunctiam veram. quod autē quilibet pars vnius uertat̄ cū aliquā parte alteri⁹ p̄z intuēti. Secundo seq̄t̄. quod adisūctina cū destructione vni⁹ partis nō p̄ncipalis ad alterā partē nō valet: quia: quod nō sequit⁹: tu es vel hō est asinus: et tu nō es: sed nullus hō est asinus. igit̄ tu nō es: et hoc supposito: quod p̄ma pars aītis sit disiunctiva. Secunda p̄clo est ista. Aliqua est disiunctiva affirmativa vera et necessaria: cui⁹ tamē quelibet cathegorica ē falsa et impossibilis: p̄z de ista: si tu es asinus: tu es rudibilis: vel si tu es equus: tu es Inibilis. Ex ista cōclusionē sequit⁹ primo. quod a. et b. sunt due disiunctive affirmativa hypothetice pbabiles significatē p̄cise sicut sive partes: et quilibet cathegorica. a. conuertitnr cuīz aliqua cathegorica. b. et econuerter. et tñ. a. est verū: et b. falsum (patet) dato quod a. sit illa disiunctiva: si tu es asinus tu es rudibilis vel si tu es equus: tu es Inibilis. b. vero illa:

## Bubinum

**Lor<sup>m</sup>** tu es asinus: vel tu es rudibilis: tu es equus: vel tu es Inibilis. **C** Secundo sequit q; aliqua est disiunctiva affirmativa falsa hypothetice probabilis significans precise sicut sue partes: et tamē quelibet eius categorica est vera: patet de ista: si tu es coloratus: tu es albus. vel si tu es qualis: tu es

**3<sup>o</sup> ḡ** calidus. **C** Tertia cōclō ē ista. Or aliqua est disiunctiva vera: et aliq; ē disiunctiva falsa: q̄rū nulla p̄s ē vā: nec aliq; falsa. probat ( et capio) hāc copulatiā tu es hō: et tu es animal et ecōuerso. et patet q; secunda pars ē disiunctiva vera: qz sub ordinatur huic mentali vere: tn es aīal: vel tu es homo. Si militer secunda pars huius copulatiae: tu es asinus: vel tu es capra: et ecōuerso que ē disiunctiva ē falsa: qz subordina tur huic false: tu es capra: vel tu es asinus. Or autem illaz disiunctiarū nulla pars est falsa: vel vera: manifestū est: qz nulla pars ē ppositio: s̄ p̄cise littera vel syllaba. **C** Ex ista cōclōne sequit correlarie. pmo. Or aliqua ē disiunctia affirmativa nō significans aliter q̄s sue partes: que nō ē ali cuius sue partis illatua: p̄z de p̄dictis disiunctiis: que non habet partes: que sunt ppōnes. **C** Scđo sequit. Or aliq; ē disiunctiva: que siet cōditionalis: vel copulativa sine mutatione sui et noua impositione. patet de secunda parte hui copulatiue: tu es homo: vel tu es asin?: et ecōuerso. dato q; scđe parti cras addereſ yna iſtarū. s. si tu es hō: tu es asin?: tu es hō et tu es asin?. **C** 4<sup>o</sup> ḡ ē ista. A disiunctia affirmativa: significante precise iuxta cōpositionē suarum partiū: cum ḡradictorio vnius partis principalis ad reliquā p̄tem pri capialez ē bonum argumentū: vt tu es homo: vel tu es asinus: sed tu nō es asin?: ergo tu nō es homo. posui nāq; oēs particulas illas: propter cōclōnes superius positas. **C** Ex ista cōclusione sequit primo. Or ista sequentia nō valet. A disiunctiva ē falsa. igīt aliqua ei? pars ē falsa: quia stat q; a. disiunctiva nō hēat p̄tes: que sunt p̄positiones: vel q; sit negatiua: vel q; signifiet aliter q̄s sue partes. **C** Scđo sequit. Or aliqua est disiunctiva: cui nō ḡradicitur aliqua copulativa: et aliqua cui cōtradicit copulativa: sed nō de p̄tibus oppositis. pma pars p̄z. de disiunctiva negatiua: cui nō ḡdicit aliqua copulativa: sed disiunctiva affirmativa. Secunda pars est manifesta de scđa p̄te isti copulatiue: tu es homo: vel tu es animal: et ecōuerso: que est disiunctiva enī dicit secunda pars huius copulatiue: tu nō es homo: et tu nō es animal: et ecōuerso. et tamē non fit de partibus: v̄l de terminis oppositis: quia non habet partes q̄ sunt ppōnes.

**H**is vīsiō respondeſ ad rationē queredo de antecedente. vtrū sit copulativa vel disiunctiva: si primo modo cōcedo sequentiā: et nego antecedens. pro secunda parte: et ad pbationem nego: q; antecedens sit yna disiunctiva: quia positū ē et admissuz q; sit copulativa. si se cundo mō: nego cōsequentiā: et ad pbationē enī dicitur ibi arguit adisunctiva cū destructione vni partis ad aliam: nego prōnūc antecedēs: et enim arguat adisunctiva cuius yna pars ē opposituz alteri ad aliā partez: nō tamē arguit adisunctiva cū opposito alterius partis ad aliā: q; per hoc intelligit: q; totuz antecedēs sit yna copulativa facta ex yna disiunctiva: et cōtradictorio alterius partis: q; t̄c ter nō est in proposito quare t̄c.

**C** Capitulum de cōditionibus.



**C**adragesimo septimo p̄ncipa liter ad questio nem arguit sic. ista cōsequētia ē bona. Impossibile ē te currere: si possibile ē te currere: sed possibile est te currere: igīt ipole ē te currere et hec eadez nō valet. igīt qō vā. t̄z aīa cū prima parte antecedentis: quia arguitur a conditionali cum suo antecedēte ad consequens eiusdem: sed probat secunda pars: quia antecedēs est verum: et consequens falsum. igitur cōsequētia non valet: q;

cōsequēs sit falsum manifestū est: sed q; antecedēs sit verum pbatur: et nō indiget pro secunda parte. et primā probo sic: hec propositio est impossibilis. tu curris si possibile ē te currere: et hec adequate significat q; tu curris si possibile ē te currere. igitur impossibile ē te currere si possibile ē te currere. patet cōsequētia ab officiatib; ad officiatum: et antecedēs est verū: quia omnis conditionalis falsa est impossibilis. igitur et cōsequēs.

**C**irca solutionē huius rationis pono quatuor cōclūnes. quarū p̄ma p̄z est ista. Aliqua ē cōditionalis vera: cuius antecedens ē verum: et cōsequēs falsum. patet de ista: nō si tu es homo: tu es asin?: hec enim ē vera: quia suū ḡradictoriū ē falsum. **C** Ex ista cōclusione sequit correlarie. pmo. Or aliqua cōditionalis ē falsa: et tamē antecedēs et cōsequēs eiusdez cōuertunt: p̄z de ista: nō si tu es homo: tu es risibilis. **S**ecundo sequit. q; a cōditionali negatiua cum suo antecedente: ad cōsequēs eiusdez nō valet sequētia: quia nō sequit nō si tu es homo: tu es asin?: sed tu es homo. igitur tu es asinus. **C** Tertio sequitur. Or aliqua est cōditionalis vera: cu ius ḡradictoriū sequētis stat cū antecedēte. et aliqua falsa: cuius ḡradictoriū sequētis repugnat antecedēti. p̄ma patet de ista: nō si tu es homo: tu es asinus: cuius cōtradictoriū sequētis ē illud: tu nō es asinus: que ē vera cum illa: tu es homo. Scđa patet de ista: nō si tu es homo: tu es risibilis: cuius ḡradictoriū sequētis ē illud: tu nō es risibilis: que repugnat illi: tu es homo: que ē antecedēs. **C** Secunda cōclusio ē ista: Aliqua ē cōditionals affirmativa: cuius nō ē illatū p̄ntis (patet) quia non sequit: tu es aīal. igīt tu nō es hō: et hec tamē cōditionalis affirmativa ē vera: tu nō es hō: nisi tu es aīal. **C** Secundo sequitur. **Lor<sup>m</sup>** Or aliqua ē cōditionalis affirmativa falsa: cuius antecedēs et cōsequēs inūicem cōuertunt: patet de ista: hō nō currit: nisi risibile nō currit. q; nō sit falsa: patet: quia cōuertitur cū ista: homo nō currit: si nulluz risibile nō currit: et qāns et aīns p̄uerant: p̄z. **C** Tertio sequit. q; a cōditionali affirmativa cū suo aīe ad aīns eiusde nō valet aīa: quia nō sequit: tunō es homo nisi tu es aīal: sed tu es aīal. igīt tu nō es homo. **C** Quarto sequit. q; aliqua ē cōditionalis affirmativa. vera cuius oppositū cōsequētis stat cū aīe: patz de illa: tu nō curris nisi moueris: etiā cōcedit: q; aliqua ē cōditionalis affirmativa falsa: cuius ḡdictoriū p̄ntis repugnat aīti: vt hō nō currit: nisi risibile nō currit. **C** Tertio cōclō 3<sup>o</sup> est ista. Aliqua cōditionalis affirmativa denoīata a ly si: ē falsa: cuius sequēs formaliter sequit ex aīte (p̄z de ista) ḡtingēter si tu es hō: tu es aīal: q; enī sit falsa manifestū ē: q; necessario si tu es hō: tu es animal. **C** Ex ista cōclō sequeſ correlarie. pmo. Or. a. et b. sūt due cōditionales affirmatiue denoīatae a ly si: quarū aītia et cōsequētia cōuertunt: et tñ. a. ē verū: et b. falsuz: p̄bat ( et p̄no) q; a. sit ista: si tu es homo: tu es aīal: et b. illa. ḡtingēter si tu es hō: tu es aīal: isto posito patz correlariū. **C** Secundo sequit. Or aliq; Lor<sup>m</sup> est cōditionalis affirmativa falsa denoīata a ly si: significans iuxta cōpositionē suarū partiū: et tñ aīns est ipossible simpliciter: vel aīns per se necessariū: p̄z de qualibet istaz: ḡtingēter si tu es asin?: tu es homo: ḡtingēter si tu es: de est. **C** Tertio sequit. Or aliqua ē cōditionalis affirmativa Lor<sup>m</sup> falsa denoīata a ly si: significans solum iuxta cōpositionem suarū partiū: cuius ḡdictoriū p̄ntis repugnat aīti: p̄z de illa: ḡtingēter si antexps ē albus: antechristus est coloratus. **C** Quarta cōclusio est ista. Aliqua est cōditionalis af firmatiua denominata a ly si: significans p̄cise iuxta cōpo

sitiones suo termino: cui non correspōdet rōnalis propria patet de ista. Si antexps esset homo: ante xps eēt aial. hec enim vera ē: et q̄ sibi nō correspōdeat cōditionalis p̄pria manifestū est: qr̄ sibi nulla alia correspōdet q̄̄ ista: an̄ christus ē homo. igitur antexps est aial. et hec nō ē p̄pria il̄i: sed isti: si antexps est homo antexps ē aial. Ex ista cōclusione sequitur correlarie primo. Q̄ alicuius cōditionales denominated a ly si: significantes soluz ex cōpositione sua sum partium inuicem conuertuntur: et tamen nec antecedentia: nec cōsequētiā: cōuertunt (patet de istis) si antexps esset albus: antexps esset colorat: et si antexps ē alb: ante xps ē colorat. Sc̄do sequit̄. Q̄ aliqua cōditionalis affirmativa denoīata a ly si ē vera: significans precise iuxta cōpositiones suarū partiū: et tamē in nulla tali aīs ē illatiūn̄ (p̄z de ista) si antexps ē hō: antexps eēt aial. vñ nūq̄ sequit̄ antexps eēt hō: igitur antexps esset aial: qr̄ rōnalis ista ē intelligibilis. Tertio sequit̄. Q̄ aliqua cōditionalis affirmativa vera denoīata a ly si: hypothetice p̄babilis: significā p̄cise ex cōpositione suarū partiū: et tamē antecedens nō ē aptum natū repugnare cōtradictorio cōsequētiā (p̄z de priori) qr̄ nec aīs ē ppō: nec cōdictoriū cōsequētiā similiter. Notādū tñ q̄ a conditionali affirmativa denoīata a ly si: significāte precisely iuxta cōpositinē suarū partiū cū suo aīte: vel sibi p̄portionali ad aīs eiusdē: vel sibi p̄portionale. ē bonū argumētū. vt si tu es hō: tu es ani mal: et tu es hō. igitur tu es aial. p̄mo dixi affirmativa pp̄ p̄mā cōclōne. Sc̄do denoīata a ly si: pp̄ secūdā cōclōne. Tertio significante p̄cise iuxta cōpositionē suarū partiū: q̄ vbi cōditionalis significaret aliter q̄̄ sic partes in se nō seniaret regulas cōditionaliū. Quarto dixi vel sibi p̄portionali: qr̄ l̄z nō sequit̄. si antexps eēt albus: antexps eēt coloratus: et antexps eēt alb: igit̄ antexps eēt colorat. tamē bene sequitur cū aīte et aīte p̄portionalibus isto mō: sed antexps eēt alb: igit̄ antexps ē coloratus.

**Mis visis** respōdet ad aīam factā: querēdo de illa ppōne. ipossibile ē te currere: si possibile ēte currere. vtrū sit cathegorica modalis vel cōditionalis. si primo mō: nego aīam: nec arguit̄ per regulā. si sc̄do mō cōcedo aīaz: et nego aīs pro p̄ma parte. et ad p̄bationē nego cōsequētiā. nec arguit̄ ab officiātib: ad officiātū. q̄̄ cōditionalis illa nō ē officiabiliter probabilis: sed hypothetice. Ideo cōcedo duas ppōnes: ipossibile ē te currere si possibile ē te currere: et ipossibile ē te currere: si possibile ēte currere. dato q̄ p̄ma sit cōditionalis: et sc̄da cathegorica modal nec opponū: ex q̄ nō uniformiter sumunt: q̄re t̄c.

Capitulum de causalibus.

**Cladragesimo** octauo principia liter ad q̄stionē arguit̄ sic. ista cōsequētiā ē bona. Quia tu es asinus: tu es aial: iḡif tu es asinus. et hec eadez nō valet. igit̄ q̄stio vera. tenet aīa cū p̄ma p̄te aītis: qr̄ arguit̄ acausalit̄ ad alterā eius partē: sed secūdā p̄bo. aīs enīz ē terū: et aīsequēs falsuz. igit̄ aīa nō valet: q̄̄ aīs sit falsuz manifestū ē: sed p̄bo aīs esse verū sic: ista cālis ē vā: ga tu es homo: tu es aial: ex eo q̄̄ ista aīa est bona: tu es hō. igit̄ tu es aial: sed eque bona est ista: tu es asin. igit̄ tu es aial: sicut illa. tu es hō. igit̄ tu es aial. iḡif eque vera ē illa causalit̄: qr̄ tu es asin: tu es aial. sicut illa: qr̄ tu es hō: tu es aial: vel si nō: detur causa diuersitatis.

**Pro solutione** huius argumēti pono q̄tuor conclusiones q̄rū prima ē ista. Aliq̄ ē causalit̄ affirmativa vā: cuius prior ppō posterioris nō est illatiūna: patet de ista: qr̄ de ē: tu es. hec n. causalit̄ vera est: qr̄ significatū antecedētis est cā essendi significati cōsequētiā: deus. n. est causa tui. Ex ista cōclōne sequit̄. Q̄

nō ex q̄libet cāli vā: seḡf cōditionalis de p̄tib: s̄līb: seu rōnalis: vnde nō sequit̄: qr̄ sor. ē: pla. ē: iḡif si sor. ē: pla. ē: vel eō: dato. n. q̄̄ sor. sit pater pla. ē aīs verū: et aīs falsuz. Sc̄do sequit̄. cūda xclō est ista. Aliq̄ ē causalit̄ vera: cuius q̄libet pars est illatiūna alterius: p̄z de ista: qr̄. a. efficit. b. b. efficit ab. a. ista aī. causalit̄ ē vā: supposito q̄̄. a. sit causa efficiēs. b. et q̄̄ q̄libet eius pars p̄ncipalit̄ alterius sit illatiūna. p̄baī qr̄ seḡf a. efficit. b. iḡif. b. efficit ab. a. et eō. Ex ista xclōne sequit̄. correlative. Q̄ aliqua cōausalit̄ vā: que est illatiūna cōditionalit̄: v̄l rōnalis: sed nō ē. seḡt̄ enī: qr̄. a. efficit. b. b. efficit ab. a. iḡif si a efficit. b. b. efficit ab. a. sed non sequit̄. si. a. efficit. b. b. efficit ab. a. iḡif quia. a. efficit. b. b. efficit ab. a. dato nāq̄ q̄̄ non sit. a. nec. b. est antecedens verum: et consequens falso: qr̄ causalit̄ affirmativa necessario ponit inesse et nō cōditionalis. vt patet intuēti. Tertio conclusio ē ista. Aliqua causalit̄ affirmativa ē vā: et tñ significa tū p̄oris ppōnis nō ē cā significati posterioris: p̄z de ista: q̄̄ tu es homo: tu es aial: qr̄ aīs ē cā illatiūna cōsequētis. et tam aītis q̄̄ aītis significatū: adeq̄tū ē aliqd ex p̄te rei: qr̄ te eē hoīez: et te eē aial ē vt als manifeste p̄baut. q̄re t̄c. et q̄̄ significatū p̄me non sit causa significati secūde: p̄z: quia aut causa essendi: aut causa inferendi. nō p̄m: qr̄ idēz ē realiter te es se hominē: et te eē aial. nec sc̄dm: qr̄ illatio non in significatis s̄z in termis solū reputur. Ex ista p̄ne sequit̄ correlative. Q̄. a. et. b. sūt due cāles eiusdē denoīatiōis oīno. quarū q̄libet p̄s p̄ncipalit̄ cū qualibet earūdē cōuertit. et tñ. a. ē ve rū: et. b. falsuz. pbatur (et pono) q̄̄. a. sit illa causalit̄: qr̄ sor. generat platone. pla. generat sor. et. b. illa. qr̄ pla. generat a sor. sor. generat pla. et sit ita q̄̄ sor. generat platone. isto post to. a. ē verū: tā per sc̄dam q̄̄ p̄tertiā cōclusionē: qr̄ p̄ma pro positio ē cā illatiūna secūde: et significatū p̄me ē cā significa ti secūde. sed. b. ē falsuz. qr̄ significatū p̄me ppōnis ipsi. b. nō ē cā significati secūde ppōnis eiusdē: nec p̄ma ppō est cā illatiūna secūde: sed potius ecōuerso. nō enīz valet argu mētū: a passiuā ad actiuā: nisi qr̄ ab actiuā ad passiuā ē bo na aīa. Quarta xclō ē ista. Aliqua cālis affirmativa est falsa: et tamē significatū p̄ne ppōnis ē cā significati secūde. p̄z de ista: necessario qr̄ de ē: tu es. necessario qr̄ plato efficit sorte: sortes efficitur aplatone. potest enim esse: q̄̄ de ē non sit causa tui: et possibile ē sortem non efficerē platone. igit̄ neutra illarum ē vera. Ex ista cōclusione sequit̄ correlative primo. Q̄ aliqua cālis affirmativa est falsa: et tñ prior propō ē causa illatiūna posterioris: et cuiuslibet illarum cōspōdet pro significato aliqd ex parte rei: patet de ista. necessario qr̄ tu es homo: tu es aial: q̄̄ enim p̄ma p̄positio sit illatiūna secūde partis (patet etiā) q̄̄ significatū cniuslibet partis ē aliquid ex parte rei: sed q̄̄ illa causalit̄ est falsa ostendo qr̄ possibile ē q̄̄ tu non sis. igit̄ possibile ē illam esse falsam: sic significādo: necessario qr̄ tu es homo: tu es animal. patet cōsequētiā: qr̄ ideo illa ē falsa: qr̄ aīxps ē homo: aīxps ē aial: qr̄ aīxps nō ē hō. Sc̄do sequit̄. Q̄ ali que sunt causales eiusdē denoīatiōis oīno et cuiuslibet illarū significatū prime partis ē causa significati secunde: et tamē vna ē vera: et reliqua falsa: p̄z de istis: necessario quia deus ē: tu es: contingēter quia deus ē: tu es: vbi patet: q̄̄ p̄ma ē falsa: et sc̄da vera. Tertio sequit̄. Q̄ alicuius sūt causales eiusdē denoīatiōis oīno: et cuiuslibet illarū: prior propōsitio ē causa illatiūna secūde: quibus significatiue cor respondet aliquid ex parte rei: et tamen vna est vera: et reliqua falsa: patet de istis: necessario qr̄ tu es homo: tu es animal. contingēter quia tu es homo: tu es animal. Nō tanda sunt hic duo primū est. Q̄ per propositiones primaz vel priorēm: intelligo illam que sequitur immediate notā cause: et subsequentem posteriorēm aliam: quecumq̄ sit illa: q̄litterūq̄ situe: vbi grā. qr̄ tu es hō: tu es aial: tu es hō: vocat̄ p̄oz p̄positio: et illa: tu es animal posteriorē: et eodem

# Bubium

modo vocare si diceret: tu es aial: qr tu es hō. C Scđo notandum est: qđ nō datur aīs speciale cōcludēs oēm causam esse verā v̄l falsaz; sed aliud aīs assignat: iuxta diuer- sitatez causalium. aliqua enī est causalitua negatiua: negatiōe cadēte sup notā cause. et aliqua affirmativa significās for- te aliter: qđ sue partes pncipales. et aliqua affirmativa mo- dalis: vel hō. et aliqua affirmativa significās solū sicut sue partes: nec alio mō sincategoreāte: qđ a nota causalē de- noata. pma cālis pbat per suū īdictoriuz: hec enī ē vera: nō qr tu es: deus est: qr suū oppositū ē falsum. s. quia tu es: deus est. scđa cālis est falsa: qr sua metālis est falsa: dato qr illa qr deus ē tu es. subordinet metāli huic: qr deus ē: tu n̄ es. tertia cālis est v̄a: qr sue exponētes sunt vere: et false: qr vna suarū exponētiū ē falsa: vt necessario qr tu es hō: tu es aial: est falsa: qr hec est falsa: nō pōt esse quin quia tu es homo tu es aial. Et hec est vera contingēter qr tu es hō: tu es aial: qr ambe exponētes sunt vere (vt p̄z intuēti) causa- lis v̄o q̄rto mō sūpta ē v̄a. significatiū. n. pme ppōnis ē can- sa significati secūde: aut p̄ma ppō est causa illatiua secun- de: cu hoc qđ significatiue correspōdeat aliquid ex par- te rei: exemplū primi: qr deus est: tu es: exemplū secūdi: quia tu es albus: tu es colorat: aut qr tu es hō: tu es aial. C Ex ista respōstione sequit p̄mo. Qr nulla cālis q̄rto mō sūpta ē vera: cui vna pars pncipalis est falsa: vt qr antexps ē: ani- mal ē: qr nihil nec aliquiter ē antexps esse. C Scđo segt. Qr nulla cālis q̄rto mō sūpta ē vera: cuius yna ps ē nega- tiva: vt qr tu es hō: tu nō es aīnus: qr nihil nec aliqualr ē: te nō ē aīnus. C Tertio sequit. Qr nulla causalitua. 4. mō sūpta ē vera: cuius q̄libet pars ē affirmativa: et aliqua illa rū nō ponit in esse: vt qr possibile ē antexps esse: possibile est hominem esse: quia nihil nec aliqualr ē: qđ sit possibile an- texpm esse.

C His visis respōdet ad rationē: cōcedēdo ɔ̄niaz: et ne gādo aīs. Et ad p̄bationem r̄ideo: qđ ista cālis. qr tu es hō: tu es aial. nō ē vera solū ex eo qđ p̄ma p̄- positio sit illatiua secūde. sed qr p̄ma ppō ē causa illatiua scđe et cūlibz illaz p̄ significato corrñdet aliquid ex pte rei: qualr nō ē de illa. qr tu es aīnus: tu es aial. et si dicit. videſ ex ista responsione: qđ hec causalituis sit vera. qr tu es aial: tu es hō: qr sicut vna ē cā illatiua alteri: ita ecōuerso. segtur enim tu es aial. igit tu es hō: vt ossum est in obiectiōibz ɔ̄ntiarū. dicit qđ l̄ sequat ex q̄libet illarū: vna tñ est cā il- latiua et nō altera: qr ex vna nullo medio subitellecto alia sequit. sed nō ecōuerso. sequit. n. tu es hō: igit tu es aial: si- ne aliquo medio. s̄z nō ē. nisi cū intellectu plurū ɔ̄naruž. vt tu es aial: igit tu es: igit tu es tu: igit tu es hō. hec ḡ tu es ē causa illatiua illius: tu es hō: et nō illa tu es aial. vñ non sequit cā illatiua illius: tu es hō: includit in illa: tu es aial: igit tu es animal: ē causa illatiua illius tu es homo: quare r̄c.

C Capitulum de quātitate propositionum.



C Adragesimo nono pncipali- ter ad q̄stionē auguit sic. ista ɔ̄nia ē bona. Aial ē sor. igitur omne aial ē sor. et hec eadē nō valet: igit qđ v̄a. tenet ɔ̄nia cū minori: qr aīs ē verū: et cō- sequēs falsuz. sed maiorē pbo sic: aīs et cō- sequēs cōvertunt. igit ɔ̄nia bona: aīs argui- tur. subiecta illarū cōvertunt: et predicata similr: et ppōnes sūt eiusdē denotationis oīno: igit aīs et ɔ̄ns cōvertunt. cō- sequētia tenet: et aīs arguit. nā si aīs nō ē et v̄z hoc vide- tur: qr ppōnes ille nō sunt cōsimilis denotationis oīno. ex eo qr ɔ̄ns ē ppō v̄lis: et aīs ē ppō indefinita. sed arguit: qr aīs ē ppō v̄lis: qr ɔ̄ns ē ppō v̄lis. ex eo qr significat vni- versalr: omne aial ē sor. sed aīs etiā significat. v̄l oē aial ē sor: igit aīs etiā ē ppō v̄lis. t̄z ɔ̄nia cū minori: et mino-

rem probō: et suppono qđ aīs sit piacēs hui: omne aial ē sor- tes. isto supposito arguit sic. subiectū isti aial ē sor. suppo- nit. v̄l distributiue pro oī aiali: et p̄dicatū p̄ sor. igit illo p̄- positio significat v̄l: oē aial ē sor: t̄z ɔ̄nia: et aīs arguit sic. Idē ē subiectū v̄lis et sue piacētis: sed subiectū v̄lis di- stribuit pro omni aiali: igit et subiectū piacētis. qđ r̄c.

C Pro solutione huius argumēti pono quatuor conclusiones: quarū prima est ista. Aliq̄s termin⁹ subicit in v̄li: et idē termin⁹ subycit in ppōne indefinita: pbat: ly hō subycit i illa v̄li: oīs homo est: et subycit i sua piacente: igit p̄clo x̄a. t̄z ɔ̄nia: qr si aliquod hō foret subiectū v̄lis et piacentis: foret aliud hō subm: tūc in illa. oīs hō ē: duplacet ly homo: vñs falsum: et cōtra ex- perlentiā. C Ex ista x̄clone sequit correlarie p̄mo. Qr idē termin⁹ supponit distributiue et determinate. pbat. subm istius oīs hō ē: supponit distributiue: et subiectū illi: hō ē: supponit determinate: sed idē est subm v̄triusq; qr idem ē subiectū v̄lis et subiectū piacētis. Scđo sequit qđ sub eodē termino cōtingit descēdere copulatiue et disiunctiue. proba- tur. nā sub subiecto istius oē aial ē: cōtingit descendere co- pulatiue: et sub subo isti: aial ē: cōtingit descēdere disiunctiue: sed idē ē subm v̄triusq; igit r̄c. patet ɔ̄nia et aīs sūl: vt p̄z intuenti editiones ppōnu v̄linz et indefinitarū. C Se z̄ cuða x̄clo ē ista. Aliq̄s termin⁹ subycit in ppōne particula- ri vel indefinita. et idē termin⁹ subycit in ppōne singulari. probatur. ly hō subicitur in ista. iste hō est: et idē ly hō subi- citur in ista. hō ē: qr idē ē subiectū singularis d̄mōstratiue: et sue piacentis: igit r̄c. C Ex ista x̄clone segtur correlarie p̄mo. Qr aliq̄s termin⁹ supponit discrete: et tñ sub illo x̄tingit descēdere. pbat. nā ly hō supponit discrete in ista ppōne: iste hō ē: et tñ sub eo x̄tingit descēdere: qr ē subm vñus indefinite: hō ē: igit r̄c. C Scđo segt. Qr subm alicui ppōnis supponit determinate: cui negatio addita: nō distri- buit (istud p̄z de subiecto illius) iste homo ē: qđ supponit determinate in ordine ad piacens: et tñ dicendo: nō iste hō ē: nō supponit distributiue (pbat) qr nō in ordine ad istā iste hō ē: qr sic supponit discrete: nec in ordine ad illaz: hō ē: qr sic supponit determinate: nec in ordine ad istaz: nō hō ē: qr ibi nullq talis ē: que sit ppō qr n̄ applicat negatio sub- jecto immediate: sed intermediat pnomē demōstratiū: mō certū ē: qđ ad hoc qđ aliqui termini sint aliqua ppō requiri- ritur debitus ordo scribēdi: vel pferēdi illos: vñd ex plu- ribz terminis: quorū vñ eset rome: et ali⁹ bononie: forma- rinō posset fin istā distatiāz ppō aliqua. C Tertia x̄clo 3<sup>o</sup> ē ista. Aliq̄s termin⁹ subicitur in ppōne q̄sta: et idē subycit in ppōne nō q̄sta. p̄z de subiecto hui exclusiue. tñ hō ē: qđ ē subiectū eiusdē et sue piacētis. C Ex ista x̄clone sequi- tur correlarie p̄mo. Qr aliquis termin⁹ supponit confuse tñ: et idē termin⁹ supponit determinate: vt p̄z (pbat) sub- iectū illi: tñ hō ē: supponit confuse tñ: et subm illi hō ē: sup- ponit determinate: sed idē ē subz v̄triusq; p̄ x̄clonē: igit r̄c. C Scđo segt. Qr sub eodē termino x̄tingit descendere disiunctiue et disiunctiue: p̄z: qr sub subiecto illius tñ hō ē: cōtingit descēdere disiunctiue et sub subiecto illius: hō est: cōtingit descēdere disiunctiue: sed idē ē subiectū v̄triusq; qr idē ē subiectū modalis: et sue preiacētis: igit r̄c. C Quarto segt. Qr illa ɔ̄nia nō valet. a. termin⁹ supponit imobiliter: igit sub eo nō cōtingit descendere: qr subiectū illi: necessario hō ē: supponit imobiliter rōne termini modalis: et tñ licet des- cēdere disiunctiue in ordine ad piacens: similiter subm isti: oīs homo preter sorte currit: supponit imobiliter in ordine

ad exceptiuā: tñ sub eo contingit descendere copulatiue ior  
dine ad piacēs. cōsimiliter dicāt ad istas: necessario oīs hō  
est: necessario tñ homo ē risibilis: ybi ly hō supponit mo  
biliter & immobiliter: aliter tñ & aliter sūptū. **C** Quarta cō  
clusio ē ista. Ex eo aliqua ē ppō vīls qī ea subyctī termi  
nus cōis signo vīlī determinat̄ denoīate. ista cōclusio p̄z in  
ductiue: vt oīs hō currit: oīs hō mouet: & ita daly. **E**x  
Cor<sup>m</sup> ista xclone sequit̄ correlarie p̄mo. Ex nulla illarū ē vīls: n  
oīs hō currit: necessario oīs homo ē aīal: aut aīal ē sōr. qō ē  
piacēs illius: oē aīal ē sorte: p̄ma nāq̄ denoīat̄ a duob<sup>9</sup>  
signis. z<sup>a</sup> a mō necessitat̄. z<sup>a</sup> anullo signo denoīat̄: deno  
minat. n. signū vīle, ppōne vīlem & nō indefinitā: aut singula  
rem vel particularē. **C** Secūdo sequit̄. Ex ppō particula  
ris ē illa in qua subyctī terminū cōis signo particulari de  
termiat̄: denomināte ipsaz. H̄t p̄z iudictiue: vt aliquis hō  
currit: aligs hō mouet: aligs equū mouet. ex q̄ p̄z q̄ nulla il  
larū ē particularis: necessario aliqd aīal est: nō necessario  
aligs homo est aīal: que ē piacēs illius: aliqd aīal est: qz nul  
la illarū denoīatur aīsigno particulari. **T**ertio sequit̄.  
Ex ppō indefinita est illa: cuius subiectū ē terminus cōis  
nullo signo determinat̄: denomināte ipsaz: vt hō currit:  
ideo piacēs vīls vel particularis: nō ē particularis vīl vīls  
q̄ tale signū nō denoīat̄ piacēs: s̄z totā ppōnem cū signo.  
**L**or<sup>m</sup> **C**uarto sequit̄. Ex ppō singularis ē ista cui subiectū  
est terminū discretū: vel terminū cōis cū pnoie demōstra  
tiuo: nullo alio signo demōstrat̄: denomināte ipsaz: vt sōr.  
currit: vel iste hō disputat. **E**x quo p̄z. Ex nulla istarū ē  
singularis: vterq̄ istoꝝ currat̄: oēs isti mouent̄: tñ sōr. cur  
rit: necessario iste hō mouet̄: qz subyctī terminū discretus  
vel cōis cū pnoie demōstratiuo: determinationib<sup>9</sup> p̄cedēti  
bus denominātibus illas propositiones.

**H**ig vīsis p̄z rūsio ad argumētū: negādo 2ñaz: & si  
muliter q̄ aīis & 2ñis suertan̄: nego etiāz  
q̄ illa ē vīls: oē aīal ē sōr. qz eius subiectū distribuitur: aut  
qz vīlī significet: oē aīal esse sorte: sed iō est vīls: quia in ea  
subyctur terminū cōis signo vīlī determinat̄: denomināte  
ipsa vt ostēdit quarta cōclusio: quare t̄c.

**C**apitulum de terminis distractabentibus.



**V**iniquagesimo & vltimo ad q̄  
stionez arguit̄  
arguit̄ sic: ista 2ñia ē bona. Añxps ē futur<sup>9</sup>:  
igit̄ añxps ē: & hec eadē non valet: igit̄ que  
stio vera. t̄z 2ñia. & aīis arguit̄ pro p̄ma pte:  
qz arguit̄ a tertio adiacēte ad secūdū adia  
cens: sine termino distractabēte: pbatur: nā si

ibi foret aliquis terminū distractabēs: videreſ q̄ istud parti  
cipiū futur<sup>9</sup>: pera istud participiū p̄ns nō distractabit̄ verbuz  
futuri tpis. igit̄ nec ly futurus verbū p̄sentis tpis. p̄z 2ñia.  
qz sic verbū futuri tpis significat futuritine: ita participiū  
p̄ntis tpis significat p̄ntialiter: aīis arguit̄. nā seq̄ formaliter:  
añxps erit p̄ns. igit̄ añxps erit: & p̄ aīis nō distractabēs ver  
bum futuri tpis aparticipio p̄ntis tpis. Scđa pars p̄ncipa  
lis arguit̄ sic: aīis est verū: & 2ñis falsuz: igit̄ 2ñia non valet.  
qz 2ñis sit falsuz manifestū ē: sed pbatur aīis. nažañxps erit.  
igit̄ añxps ē futur<sup>9</sup>. p̄z 2ñia ab uno suertibili ad reliquū.

**P**ro solutione buini argumēti pono q̄ tuor cō  
clusiones: q̄ruz p̄ma ē ista. Ali  
quis terminū supponit p̄cise pro eo qd̄ ē: & tñ supponit p̄ eo  
qd̄ ē: fuit: & erit: pbatur: subiectū hui<sup>9</sup>. tu es: p̄cise supponit  
pro eo qd̄ ē: & nō supponit pro eo qd̄ n̄ ē: & q̄ supponit p̄ eo  
qd̄ fuit: & qd̄ erit p̄z: qz supponit pro te: & tu fuisti & eris. igit̄  
supponit pro eo qd̄ fuit: & qd̄ erit. **E**x ista xcloe sequit̄. Ex  
aliquis terminū supponit pro eo qd̄ est: fuit: & qd̄ erit: & qd̄ p̄t  
esse: & tñ nō supponit respectu verbi seu termini ampliati  
uip̄ de subiecto buini: tu es: supponit enīz pro te: & tu es:  
fuisti: & eris: & potes. eē: igit̄ t̄c. **C**ecūdo sequit̄. q̄ aligs

terminū supponit respectu verbi de p̄terito vel futuro so  
lūmodo: & tñ p̄cise supponit pro eo qd̄ ē: p̄z p̄ma p̄s de subo  
vnius istarū: tu fuisti: tu eris: & scđa pbaf. ly tu supponit p̄  
eo qd̄ ē: qz pro te: & nō supponit pro aliquo qd̄ nō est: qz nō  
supponit pro aliquo qd̄ nō est tu. igit̄ p̄cise supponit pro eo  
qd̄ ē. **C**ecūda ē ista. Aliquis terminū supponit p̄ eo qd̄ z<sup>a</sup>  
est: & tñ istud suppositū nō ē: pbatur sic: subiectū hui<sup>9</sup> ante  
xps ē: supponit pro eo qd̄ est: & tñ nullus añxps est. igit̄ xclō  
vera: t̄z 2ñia cū minori: & maiorē p̄bo sic: nullus terminū b<sup>z</sup>  
suppositionē aſe: sed a uerbo. igit̄ supponit fm̄ & significati  
onem verbi: s̄z ly añxps supponit respectu isti<sup>9</sup> verbi ē: so  
luz p̄sentialr̄ & significat̄. igit̄ añxps solū supponit p̄ eo  
qd̄ est. **C** Ex ista xclone sequit̄ correlarie p̄mo. Ex aliquis Cor<sup>m</sup>  
terminū supponit pro eo qd̄ ē: & tñ illud suppositū nō p̄t eē.  
pbaf. subiectū hui<sup>9</sup> chymera ē: supponit pro eo qd̄ ē: qz re  
spectu hui<sup>9</sup> verbi ē nō distractri: & nulla chymera p̄t esse.  
igitur t̄c. **C** Scđo sequit̄. Ex ista 2ñia nō valet: ly chyme  
ra supponit: pro chymera. & nulla chymera ē: vel p̄t eē. igit̄  
nō supponit p̄ eo qd̄ ē: aut qd̄ p̄t eē: qz ē nō sequit̄: ille ter  
minū chymera que ē significat chymerā: & nulla chymera  
est. igit̄ nō significat chymerā que ē: sic n. ly hō q̄ ē signi  
ficat adequate hominē ḡ ē: ita illud cōplexū chymera que  
est significat adeqnatē chymerā que ē. **C** Tertia xclō est 3<sup>a</sup> p̄  
ista. Aligs terminū supponit pro eo qd̄ ē: & tñ nō supponit  
pro eo qd̄ p̄t eē: pbaf: subm illi<sup>9</sup> chymera ē: supponit pro  
eo qd̄ ē: vt ē: ostensuz: & nō supponit pro eo qd̄ p̄t eē. igitur  
xclō vā. t̄z 2ñia cū maiori: & minorē probō sic: si ly chyme  
ra supponeret pro eo qd̄ p̄t eē: continget vno istorum  
modoꝝ: aut qz supponit pro chymera & illa p̄t eē: aut qz  
supponit pro chymera respectu hui<sup>9</sup> termini p̄t: s̄z nō p̄t  
git in propōne assignata aliquo istorum modoru. igit̄ t̄c.  
**C** Ex ista xclone segē p̄mo. q̄ aliqui duo termini cōuer  
tunt̄: & vn<sup>9</sup> illoꝝ supponit p̄ eo qd̄ p̄t eē: & tñ ali<sup>9</sup> n̄ suppo  
nit pro eo qd̄ p̄t esse: p̄z correlariū de subiectis harū propo  
sitionū. chymera ē: chymera p̄t eē. igit̄ t̄c. **C** Scđo segē Cor<sup>m</sup>  
Ex aligs terminū supponit pro eo qd̄ p̄t eē & q̄ idē terminū  
supponit pro eo qd̄ nō p̄t eē: p̄z de subiecto buini chy  
mera p̄t eē: q̄. n. supponit pro eo qd̄ p̄t eē p̄z: q̄ aut suppo  
nat pro eo qd̄ nō p̄t eē: probat̄: qz supponit pro chymera: &  
nulla chymera p̄t eē. igit̄ t̄c. **C** Quarta xclō est ista. An<sup>4</sup> p̄  
texps ē futurus: & tñ añxps nō ē añxps futurus: p̄ma pars  
p̄z: qz añxps erit: igitur añxps ē futurus. p̄z 2ñia pp̄ resolu  
tionē huius verbi erit: & scđa probaf: nā ly futurus nō di  
stractabit illud vībū ē: nisi sit determinatio eius: vt ē in p̄ma  
parte xclonis: sed in secūdā nō ē determinatio illius verbi  
est: sed illi<sup>9</sup> subiecti añxps. igitur nō distractabit illud vībū ē  
& p̄ 2ñis sequit̄ añxps ē añxps futurus. igit̄ añxps ē: s̄z 2ñis  
falsuz: igit̄ & aīis: & p̄ 2ñis h̄dictoriū aīitis est verū: qd̄ ē scđa  
pars xclonis. **C** Ex ista xclone sequit̄ correlarie p̄mo. q̄ Cor<sup>m</sup>  
añxps ē futurus añxps: & tñ añxps nō est añxps futurus.  
scđa pars ē probata: & p̄ma ostendit̄ sic: añxps erit añxps:  
igitur añxps ē futur<sup>9</sup> añxps: p̄z 2ñia ab uno suertibili ad  
reliquū. **C** Notādū tñ q̄ vbi opponēs vellet q̄ ly futur<sup>9</sup>  
semp̄ forēt determinatio istius termini añxps: negarē illaz  
antexps ē futurus antexps: sicut illā: antexps ē antexps  
futurus. **C** Secūdo sequit̄. q̄ antexps contingēter est futu  
rus: & tñ nullus antexps ē cōtingēter vel necessario futu  
rus: prima pars ē probata: qz antexps cōtingēter erit: & se  
cūda p̄suadet̄: qz suū h̄dictoriū ē falsuz: sequit̄. n. antexps  
est cōtingēter vel necessario futurus. igit̄ antexps ē: p̄z  
2ñia a tertio adiacēte ad suū secūdū adiacēs sine verbo di  
stracto: qz ly futur<sup>9</sup> nō distractabit illō vībū ē: nisi sibi addat̄:  
s̄z jā sibi non addit̄. s̄z termino modali: igit̄ t̄c. **C** Tertio  
segē. q̄ antexps est futurus in instanti: & in tēpore: & tñ ipse  
nec est in instati futurus: nec in tēpore futurus: p̄z p̄ma pars  
qz ipse erit in tēpore: vel in instati: & secūda similiter: quia tēp

## Dubium

non est. **C**opro toto igit̄ dico. Q̄ q̄n̄ participiū p̄teriti vel futuri t̄pis: est determinatio hui⁹ verbi est: que accidit per imediatā applicationē ad illud verbū ē: tūc distrahit ipsū. vt aīxps est futurus. Quādo autē nō est determinatio ei⁹: sed alteri⁹: tūc nō distrahit vt antechristus ē aīxps futur⁹. Et q̄n̄ se b̄z p̄ modū determinabilis. respectu alicui⁹ determinationis: nō distrahit vt aīxps est cōtingenter futur⁹. Ex quibus sequitur q̄ nunq̄ distrahit: quādo inter ipsuz & verbum: aliquis alius terminus mediat.

**H**is suppositi⁹ respondet ad rōnē: negādo con sequētiā: & dico: q̄ ly futur⁹ di strahit verbū p̄tis t̄pis. & ad iprobatōne participiū p̄tis t̄pis: nō distrahit verbū futuri t̄pis. igit̄ nec participiū futuri t̄pis distrahit verbū p̄tis t̄pis. negat ḡnā: & rō diuer sitatis est ista: q̄ aggregatū ex verbo p̄teriti vel futuri tē poris: & participio p̄tis t̄pis: non subordinat alicui verbo simplici mentali: s̄z aggregatū ex verbo substantiū p̄tis t̄pis: & participio preteriti vel futuri tēporis: sub ordina tur vni verbo simplici mentali. Hec enīs antexps est futu rus: subordinat huic mentali: aīxps erit: ita q̄ ly erit sim plicer subordinat vel correspōdet huic cōplexo est futu rus: sed ly erit p̄ns: aut erit legens: nulli in cōplexo menta li simplici subordinatur: sed recte vni cōplexo simili ppo sito: quare &c.

**C**Explicit determinatio primi dubij cōpilata per Rēnendum sacre theologie magistrum ac excellentissimū in toto orbe sophistam Paulū Ulenetū: ordinis fratrū Eremitarū sc̄i Augustini doctoris ecclesie: &c.



**A**bula secūdi dubij in quo sunt quinquaginta p̄n cipalia: quo p̄ quodlibet quatuor munif cō clusionib⁹: & totidē aut plib⁹ correlarijs. Primū determinat q̄litter eadē pp̄o ē vā & falsa: necessaria & contingens.

Secūdū de antecedente ad concludēdū propositionem veram vel falsam.

Tertium de significatione propositionū dependentium.

Quartum de mutatione denominationum propositionum mentalium: vocalium: vel scriptarum.

Quintum de formatione propositionum mentalium: vo calium vel scriptarum.

Sextū de negatiōe iſinitante: & negatione negante.

Septimum de toto cathegoreticō: & sincathegoreticō sumpto: ac de sua expositione.

Octauū de mltitudine nōriōnātiū pp̄oēs ypotheticas.

Nonum de pronomine demonstratiuo.

Decimū de existentia propositionis vocalis.

Undecimum de propositionib⁹ cōtradictorijs conceden dis & negandis in arte obligatoria.

Duodecimum de significatione terminorum: tam natura li q̄ ad placitum: seu ex impositione.

Tertiūdecimū de qualitatibus dominantibus aliquid esse albū vel nigrum.

Quartūdecimū de coniunctione copulativa: pronominē demonstratiuo: & aduerbio numerali.

Quintūdecimū de mobilitate & imobilitate signorum.

Sextūdecimū de virtute signorum duplorum supra terminum precedentem.

Decimūseptimū de suppositione termini compositi ex ter mino cathegoretico & sincathegoretico.

Decimūoctauū de virtute signorum officiabilium: & condi tionalium supra terminum precedentem.

Decimūnonū de veritate & falsitate conditionalium.

Uigesimum de inceptionib⁹ & desitionib⁹.

Uigesimūpmū de limitationib⁹ & restrictiōib⁹ terminoz.

Uigesimūsecundū de resolutione relatiui: tam affirmati

ue quam negatiue sumpti.

Uigesimūtertiū de positivo gradu.

Uigesimūquartū de cōparatiuo gradu.

Uigesimūquintum de positivo & cōparatiuo gradu admirato: cum inceptione & desitione.

Uigesimūsextū de positivo & comparatiuo gradu.

Uigesimūseptimū de quantitate ḡtinua & cōtinuitate discreta

Uigesimūoctauū de magnitudine & paruitate.

Uigesimūnonū de terminis transcendētibus.

Trigesimum de corpore predicamenti quantitatis & predi camenti substancie.

Trigesimūprimū de superiori & inferiori: cum distributi one negatiua.

Trigesimūsecundū de superiori & inferiori: cum distribu tione affirmatiua.

Trigesimūtertiū de inceptionibus reduplicatis per termi num relatum.

Trigesimūquartum de veritate & falsitate propositionū de preterito & futuro.

Trigesimūquintū de necessitate & contingentia: tam no minaliter quam aduerbialiter sumpta.

Trigesimūsextum de naturali significatione: ac suppositi one terminorum mentalium.

Trigesimūseptimū de suppositione terminoz: respectu verborum preteriti: ac futuri temporis.

Trigesimūoctauū de necessitate & contingentia proposi tionis ac sui significati.

Trigesimūnonū de ly immediate aduerbialiter sumpto.

Quadragesimū de necessitate & ḡtigētia: ac modis entiū.

Quadragesimūprimū de possibilite & impossibilitate pro positionum habentium reflexionem supra se.

Quadragesimūsecundū de significatione primaria: & se cundaria terminorum.

Quadragesimūtertiū de existentia & veritate significa ti propositionis.

Quadragesimūquartū de taliter & qualiter.

Quadragesimūquintū de relatiuo possessionis.

Quadragesimūsextū de possibilite & impossibilitate ad uerbialiter sumptis.

Quadragesimūseptimū de conuertibilitate termini ignoti cu: in termino noto.

Quadragesimūoctauū de finito & infinito:

Quadragesimūnonū de scientia & qualitate.

Quinquagesimū de participijs verborū ampliatiorum.

**C**Dubium secundū & eiusdē capitulū p̄mū q̄litter eadē p̄ positio est vera & falsa: necessaria & contingens.



**O**st expeditio /

nez primi dubij accedo ad secundū quod querit. Ut p̄ eadē pp̄o est vera & falsa: & arguit p̄mo q̄ sic: Ista propositio est vera. homo ē animal est: & eadē est falsa. igit̄ questio vera: t̄z ḡnā: & p̄ma pars aītis probat sic: illa p̄positio est duo vera. igit̄ il la pp̄o est vera. p̄z ḡnā ab inferiori ad suū superiū af firmatiue sine ipedimento.

taīs p̄z: q̄m illa pp̄o: hō est: aīal est: est sue partes principales: sed p̄ncipales partes sunt ista duo: hō est: & aīal est. quo rum quodlibet est verū. igit̄ illa pp̄o est duo vera. Secunda pars aītis probat sic. nā illa pp̄o significat cōuertibili ter: q̄ hō est aliqua talis pp̄o: aīal est: & hoc est falsum: igit̄

Illa est falsa quod erat probandum. In oppositum arguit sic: Si alia  
qua propositum sit vera et falsa sit illa. a. et arguit sic. a. est verum.  
igitur non falsum. p. 2. non: quod verum et non falsum conuertuntur: p.  
metatorum. 4. metaphysice. ponitur. quod diffinitio veri non  
falsum. tunc ultra. a. non falsum. igitur. a. non est falsum. p. 2. non ab  
affirmatione de predicato infinito: ad negationem de finito predicato:  
et ita sequitur quod. a. non est falsum. et idem. a. non est falsum: quod est dictio.

### Pro solutione huius argumenti in opere pono quod.

tuorum clonum: quarum prima est ista.  
Aliqua propositum est vera: et eadem non falsa propositum. p. 2. de quolibet ista p.  
homo est: ait enim deus est: tu es: nulla chymera est: finitum enim quod  
demonstravit ratione quodlibet illo est unum falsum et duo vera. Ex ista clona sequitur correlarie primo. Quod aliqua propositum est vera: et  
eadem propositum est falsa. p. 2. de ista: nullus deus est: chymera est: hec enim  
est propositum vera: quod sicut dictoria est falsum: deus est: chymera est: et  
eadem propositum est falsa: quod duo falsa: videlicet nullus deus est: et chy-  
mera est. Secundo sequitur. Quod aliqua propositum est propositum vera: et  
propositum falsum. p. 2. de ista: tu es: nullus deus est: enim duo: quorum  
unum est propositum falsum: et duo falsa: sicut nullus deus est: et chy-  
mera est. licet igitur concedatur quod aliqua est propositum vera: et eadem est falsa: aut  
quod eadem propositum falsum: et propositum falsum. nunquam tamen concedatur quod  
aliqua est propositum vera: et eadem est propositum falsum: quod hoc est impossibile: sicut quod idem sit cecum et videtur. Secunda clona est ista.  
Aliqua propositum est necessaria et contingens: et tamen nulla propositum necessaria  
est propositum contingens. Secunda pars est evidens de se. et prima p. 2.  
de tali: tu es: deus est: que sunt due propositores: quarum una est  
necessaria et alia contingens. Ex ista clona sequitur correlarie primo. Quod aliqua propositum est necessaria: et tamen illa non est possibi-  
lis. p. 2. de ista: deus est: ens est: ipsa enim sunt duo necessaria. igitur  
est necessaria: et tamen non est possibilis: quod non est possibile deus est:  
et ens aliquam taliter proponere: ens est. Secundo sequitur. Quod aliquis  
propositum est possibilis et impossibilis: et tamen nulla propositum possibilis est im-  
possibilis. Secunda pars est manifesta: et prima p. 2. de tali: an Christus  
est chymera est: que sunt due propositores quorum prima est possibilis:  
et secunda impossibilis: nunquam tamen concedatur quod aliqua propositum est possibi-  
lis: et eadem est impossibilis: nec quod aliqua propositum est contingens: et ea  
dem est necessaria: et ecce contra. quod hoc non foret possibile. Tercia  
clonum est ista. Aliqua propositum scitur ate: et eadem est tibi dubia. p.  
batur et capio illam proponem. nullum currere est: currere est: et pa-  
tet quod illa scitur a te: quod bene scis: quod nullum currere est: aliqua ta-  
lis propositum currere est: et quod illa sit tibi dubia. probatur. quod ipsa est duo  
tibi dubia: s. illa duo dictoria: nullum currere est: currere est:  
quod quodlibet est tibi dubium: ut suppono: tunc. Ex ista clonum  
sequitur primo. Quod aliqua propositum dubitatur ate: et eadem est sci-  
ta ate. probatur (et ponitur) quod tu dubites ista: deus est: homo est possibilis:  
est: quod possibile est: quod tu dubites: an ista deus est: sit  
talis propositum deus est: isto admisso. p. 2. quod illa propositum dubitatur ate p.  
casum: et quod illa sit scita ate. probatur. quod ipsa est duo scita ate. s. deus  
est: deus est: quod quodlibet scitis esse necessarium ut suppono. Secundo  
sequitur. Quod a propositum scitur ate. t. a. est. b. t. c. et t. n. b. t. c. n  
scitur a te. p. 2. de ista: nullus deus est: homo est que scit. a. cuius  
categorica prima sit. b. et secunda. c. isto posito. a. scitur ate: quia. a.  
scis sicut dictoria est impossibile: t. b. non scitur ate: quod scis. b.  
esse falsum. igitur non est. b. t. c. scitur ate: quod erat probandum. Non  
tandem tamquam non concedo aliquam proponem esse scitam a me: et  
tandem esse mihi dubiam: nec concedo aliquam proponem esse scitam  
a me: et eadem pro eodem in statu esse mihi dubiam: et pro eodem  
in statu dubitari a me. Quarta clonum est ista. Alique propositum  
sunt impossibilis: et illarum adequata significata sunt ne-  
cessaria. probatur. et signo istas duas propositores: nullus deus est:  
